

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Extrema Unctio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

re, vendere, nisi servatā formā, de qua in cap. potuit, & ibi Abb. de loc. & conduct. ubi numerat septem Oldradus e consil. 34.

Secundò, quando excusat à caducitate, pendente lite, non solvens, vel si solvit obj aliquam prætensionem damni, vel uramen cum cessationis unius termini, & quod requiratur declaratio judicis, vide Caput aqu. decis. 298. pag. 1. cum trib. sequentib. & concessa emphyensi patri, censemur concessa filiis, idem dec. 302.

Tertiò, emphyteuta potest compelli reficere rem emphyteuticariam per judicem Ecclesiast. Cap. Tolos. quest. 353. & quando non solum ob cessationem Can. non soluti, sed etiam ob deteriorationem possit expelli, vide Addit. ibi. ubi tria requirit copulativè, & an possit cogi, ut benè excolat, & gubernet rem emphyteuticariam, vide Addit. velibi.

Quartò, an possit imponere servitutem rei emphyteuticarī absque consensu domini, respondeatur quod sic, Cap. Tolos. quest. 461. vide in verb. limitis, seu termini, sic, Cap. Tolos. q. 461.

### EXTREMA UNCTIO.

#### SVMMARIVM.

1. *Materia.*

2. *Minister.*

3. *Quibus personis conferenda.*

4. *Quibus partibus corporis applicanda.*

PRIMÒ, materia debet esse oleum olivarum, & an oleum benedictum ab Episcopo sit necesse, vide Sum. Sacr. q. 217. ubi recitat duas opiniones, tamen quicquid sit, valeret Sacramentum, si

quis intingeret oleo simplici, ita Caiet. & multi recentiores. Soto. 4. sent. dist. 25. q. 1. ar. 3. Syl. ver. Extrema unctio, numero 1. Conc. Trid. sess. 14. cap. 1. de extrema unctione.

Secundò, minister est solus sacerdos, sed non regularis, quando vellet præsumere hoc administrare alicui parochiano, sine licentia parochi, quia esset excommunicatus Papali excommunicatione, Clem. 1. de privileg. Navar. cap. 2. num. 52. & cap. 27. numero 102. etiam si in articulo mortis, vel necessitate hoc præsumeret facere, idem ibidem, licet Sot. loc. cit. d. 23. quest. 2. artic. 1. dicat, quod non in necessitate verum est, quod excusaret ignorantia, vel ratihabitio parochi. Nav. loc. cit. Caiet. in sum. in ver. excommunicatione, cap. 64. Gom. in cap. 2. num. 5. notab. 3. de constit. libro 6.

Tertiò, solum infirmis, & senio confectis, & in eadem infirmitate potest reiterari hoc Sacramentum. Sum. Sacram. quest. 224. Sylv. loc. cit. §. 8. Armil. in ver. Extrema unctio, numero 9. & Soto. loc. cit. artic. 3. concl. 3. debet etiam dari saucitatis, vel vulneratis, si hoc petant, & adhuc tempus, licet non dicantur naturaliter infirmi, sed violenter, Flor. Theol. 4. sent. tractat. de extrema unctione. potest etiam dari condemnatis ad mortem, Gom. super. 2. lege Tauri, num. 79. Clar. quest. 90. ver. sed quaro. Sed hoc mihi non placet, quia D. Iacob. in Can. dicit, infirmatur quis: sed condemnatus non dicitur infirmari, sicut senes, & decrepiti.

Quarto, unctio in quinque sensibus est de essentia hujus sacramenti, id est quod

quod si unus relinquatur sensus, nullum esset sacramentum, & deberet reiterari, si vacet; Sum. Sacram. quæst. 22. Navar. c. 22. n. 22. secus verò si relinquuntur pedes, vel lumbi in maculis; quia istæ partes non sunt de essentia hujus Sacra- menti.

## EVICTIO.

**P**rimò, evictio datur etiam in beneficiis, vide Rebuff. *in titul. de per- mu. numero 25.* & infra, vide Cap. *decis. 106.* Alexand. *in lege non solùm, §. morte, f. de oper. novi nunc Atflist. decis. 8.*

Secundò, Ecclesia non tenetur de evictione, Abb. *in cap. si quis, numero 13. de reb. Eccl. non alien.*

Tertio, an Prælatus teneatur de evictione, idem *in cap. ad audienciam, num. 5. ead. sit.*

## EUCHARISTIA.

## SUMMARIVM.

1. *Vbi debet conservari Eucharistia.*
2. *An lampas ardentes sit necessaria in Eu- charistie circumlocutione.*
3. *Quoties debet renovari.*
4. *Quomodo debet custodiri.*
5. *Quomodo deferri debet ad agrotum.*
6. *A quibus possit administrari.*
7. *Quando currat præceptum de sumenda sacra sancta Eucharistia.*
8. *Quæ pana presbyteri male gubernatis sa- cramenta Eucharistia.*

**A**d primum. Vide Conc. Trident. *seff. 13. c. 6.* & capsula sive pixis, in qua conservatur sub custodia, debet esse argentea, vel eburnea, non lignea, vel vitrea, vel lapidea, & ita per primum est recep-

tum ubique, non primum propter peri- culum vermium, non secundum, ob fra- ctionem, non tertium, ob humiditatem, & ponderositatem.

Ad secundum. Cùm extrahitur à sa- crario, sive à custodia, debet deferri cum luminaribus, *cap. sane de celeb. Miss.* sed non invenitur de jure communi, quod ante custodiā ( ut reperitur san- ctissimum hoc Sacramentum ) debeat state lampas accensa; secus verò de com- muni usu recepto in Ecclesia Dei ex Con- cil. Provincialibus & aliis Constitutioni- bus, Navar. *Tractat. de hor. Canon. c. 18. numero 67.*

Ad tertium. Singulis octo diebus, et iam tempore interdicti, etiam in Ecclesia specialiter interdicta, per *cap. permitimus,* de sentent. excommunicat. Navar. *cap. 27. numero 172. notab. 8.*

Ad quartum. Vide *d. cap. sancimus, &c. de custod. Eucharist. & Diaz. in pract. crim. Can. cap. 40.*

Ad quintum. Debet deferri ad infir- mos modo quo in dict. *cap. sane.* & aliis bene dispositis, & ordinatis in diversis conſtitutionibus diversarum Cathedra- lium: sed quia inolevit quidam abulus, quod si infirmus ob tuſsim, vel aliquod impedimentum non posset commu- nicare, faciunt deferri sacram Eucharisti- am ægrotō, ut saltem eam adoret, quod non posse, nec debere fieri censuit fac. Congreg. 374. & dicam in opusculo meo de *Praxi Sacramentali.*

Ad sextum. Hoc Sacramentum po- test administrari eam à Regularibus personis communicante volentibus, exce- pro die Paschatis Resurrectionis, Nav.

*cap.*

E e 3